Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

rethoribus phylosophis geometris
dyalecticis musicis astronomicis
astrologis medicis quorum scientia mor-
talibus vel utilissima est et in tres
partes scinditur doctrinam racionem et
usum. Ad minores artes veniam et
que non tam lingua quam manu ad-
ministrantur. Agricole cementarii
fabri metallorum lignorumque cesores
lanarii quoque et fullones et ceteri qui
variam suppellectilem et vilia opu-
scula fabricant absque doctore non
possunt esse quod cupiunt. Quod medi-
corum est promittunt medici tractant
fabrilia fabri. Sola scripturarum
ars est quam sibi omnes passim ven-
dicant. Scribimus indocti doctique
poemata passim. Hanc garru-
la anus hanc delirus senex hanc
sophysta verbosus hanc universi
presumunt lacerant docent antequam
discant. Alii adducto supercilio gran-
dia verba trutinantes inter mulier-
culas de sacris litteris phylozo-
phantur. Alii discunt pro pudor a feminis
quod viros doceant et ne parum hoc
sit quadam facilitate verborum immo
audacia edisserunt aliis quod ipsi
non intelligunt. Taceo de meis si-
milibus qui si forte ad scripturas sa-
cras post seculares litteras venerint
et sermone composito aurem populi mul-
serint quicquid dixerint hoc legem dei
putant nec scire dignantur quid prophete
quid apostoli senserint sed ad sensum suum in-
congrua aptant testimonia quasi grande sit
et non viciosissimum docendi genus
depravare sentencias et ad voluntatem suam
trahere repugnantem. Quasi non legi-
mus Homerocentonas et Virgilio-
centonas. Ac non sic etiam Maronem
sine Christo possimus dicere christianum quia

scripsit: Iam redit et virgo redeunt Sat-
urnia regna iam nova progenies ce-
lo demittitur alto. Et patrem loquentem
ad filium: Nate mee vires mea ma-
gna potencia solus. Et post verba sal-
vatoris in cruce: Talia perstabat memo-
rans fixusque manebat. Pueri-
lia sunt hec et circulatorum ludo similia
docere quod ignores immo ut cum sto-
macho loquar ne hoc quidem scire
quid nescias.

Cap. vij.

Videlicet manifestissima est gene-
sis in qua de creatione mundi de
exordio generis humani de
divisione terre de confusione linguarum
et gencium usque ad exitum scribitur He-
breorum. Patet Exodus cum decem
plagis cum decalogo cum misticis
divinisque preceptis. In promptu est
Leviticus liber in quo singula sacri-
ficia immo singule pene sillabe et
vestes Aaron et totus ordo leviti-
cus spirant celestia sacramenta. Nu-
meri vero nonne totius arismetice et prophe-
cie Balaam et quadraginta duarum per here-
mum mansionum misteria continent.
Deuteronomium quoque secunda lex et ewan-
gelice legis prefiguratio nonne sic
ea habet que priora sunt ut tamen nova
sint omnia de veteribus. Hucusque
Moyses hucusque pentateuchus quibus quinque verbis
se loqui velle apostolus paulus in ecclesia
gloriatur. Iob exemplar paciencie que non
misteria suo sermone complectitur. Pro-
sa incipit versu labitur pedestri sermone
finitur omnesque leges dyalectice propo-
sitione assumptione confirmatione conclu-
sione determinat. Singula in eo verba
plena sunt sensibus et ut de ceteris
sileam resurrectionem corporum sic prophetat
ut nullus de ea vel manifestius
vel cautius scripserit. Scio inquit quod re-
demptor meus vivit et in novissimo
die de terra surrecturus sum et rursum